Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mentis salutem uerbo increpationis aspergere: lenitatem tam corde op
est retinere: Doctores non numquam duris feriunt increpationibus sub
dnos. qui tamen acerbitate eorum quos corripiunt non recedunt. Magna
est disciplina magisterii subtilitas discretionis. quatenus quisq; rector
culpis delinquentium discrete nouerit parcere: & pie resecare. Qui autem
sic diminuunt peccata ut non corrigant. aut sic quasi corrigendo
feriunt ut non diminuant. discretionis spiritu non habent. Scriptum e
in libro genesi. Si recte offeras. & recte non diuidas. peccasti. Oblata rec
te diuidere est: quelibet bona nra studia discernendo pensare. Quod
minimum qui agere dissimulat. etiam recte offerens peccat. Sepe quod
bono studio gerimus. dum discernere caute negligimus. quo iudice
tur fine nescimus. Et non numquam hoc fit reatus criminis. quod
putatur causa uirtutis. Recte offerimus. si cum bono studio bonum op
agimus. si; recte non diuidimus. si habere discretionem in bono ope p
ponamus. Dixit abbas antonius. Sunt quidam conterentes corpora sua
in abstinentia. & quia non habent discretionem. longe facti sunt a deo.
Dicebat abbas daniel. quia quantum corpus uiresci. tantum anima ex
siccatur: & quantum siccatum fuerit corpus. tantum uiresci anima.
Dixit abbas pastor: Malitia nequaquam expellit malitiam. si; si quis tibi
male fecerit. bene face. ut per bonum opus tuum. destruas malitiam
illius. Interrogatus est quidam senex a quodam fratre dicente: Quomodo
inuenio deum? utrum in ieiunio. aut in laboribus. uel in uigiliis. aut
in misericordia? Et respondit. In his que enumerasti. & in discretione. Di
co enim tibi. qui multi afflixerunt carnem suam. & quia sine discretio
ne faciebant hoc. abierunt uacui nihil habentes. De donis

Omnipotentis ds Diuinis. xl. iii.

Omnipotens uidit secreto moderamine: alii sermonem sapientie:
alii plenam fidem. alii gratiam sanitatum. alii operationem uirtutum.
alii operationem uirtutum. alii prophetiam. alii discretionem spiritu
um. alii genera linguarum. alii interpretationem tributi sermonum.
Creator noster ac dispositor sic cuncta moderatur: ut qui extolli pote
rat ex dono quod habet. humilietur exiuritate quam non habet.
Atq; ita fit. ut cum per impensam gratiam unum quemq; subleuat.
etiam per partem alteri alterum subdat. Omnipotens dominus sic cuncta
moderatur: ut dum singula queq; sunt omnium. interposita quada
cartatis necessitudine fiant omnia singulorum. Et unus quisq; sic